



Hb.

Signature Stolz-Wern.  
yc 21.

908  
206

Matrimonio  
Sacerdotibus strictim vindicato,  
**AUSPICATISSIMI SOLEMNIA**  
**THALAMI**  
**VIRO**  
*Summe Reverendo, Amplissimo Doctissimoque*  
**DOMINO**  
**PAULO HENRICO**  
**CREBS,**

Cœnobii, quod Scheningæ est, S. Stephano sacri,  
**PRIORI DIGNISSIMO,**  
Ibidemque, ut & apud Heiersdorffenses diuinae veritatis Praeconi Vigilantissimo Meritissimoque &c.

Et  
*Virgini Lectissimæ, multisque virtutum encomiis*  
*Omatissimæ,*  
**MARIAE CATHARIN:**  
**VIRI**  
*Plurimum Reuerendi, Amplissimi, Doctissimique*  
**DOMINI**  
**JOHANNIS HENRICI**  
**HELMKE,**

De puriore sanctiorique Baderslebiensium cœtu Pastoris praecclare meriti,  
**FILIAE NATU MINORI,**  
Festa Nuptiarum die, XV. Julii MDCCXXXIX, instituta,  
ex animo apprccatur  
**JOHANNES GEORGIUS JACOBI,**  
apud Neostadienses Pastor.

Halberstadii, litteris Langianis.

A 45



Erte, jugales, non bene sana gens,  
Exosa taedas, helleboro indiget;  
Hinc, fiat vt menti medela,  
Nauiget Anticytas, monenda. (a)  
Ecur sacramum Numinis ordinem,  
Si quando foedus connubii ferit,  
Censu, loco, vita, poloque, (b)  
Cum tonitru spolias vibrato?  
Ast bruta nemo haec fulmina pensitat; (c)  
Ergo quiescas, trädere tartaro  
Clerum, volentem perdecori  
Vincula conjugii subire.  
Largiris eheu! quasque libidines,  
Et concubinas, carpere Clericos,  
Praefersque flammas exsecrandas  
Conjugii thalamis honesti. (d)

An

(a) Helleborus herba est, antiquis visitata, ad leuanda mentis ac  
capitis vitia, cuius admodum terax Anticyta, insula ad finum adjacens  
Maleacum, et Aetam montem; vnde male terati olim jubebantur, hel-  
leborum bibere, aut Anticyram nauigare. V. Horat. I. ii. Sat.

(b) Hildebrandus, Papa sceleratissimus, decreuit, ne sacrifici hab-  
erent vxores, aut loco decederent; ejus vestigia presit Concilium  
Tridentinum. V. Sleidanus de iv. summis Imperiis l. iii. Canon Ju-  
bet suspendere sacerdotes; sed Romani Praefules, parum commodi in-  
terpretes, suspendunt non ab officio, sed ab arborebus. Multos bonos  
viros crudeliter occidunt, tantum propter conjugium. Hæc Ad. Re-  
chenbergius in Append. tripart. ad LL. Symb. cap. deConjug. Sacerd.

(c) Decrero Hildebrandi masculereclamavit Clerus, & sacrificorum  
turba, hereticum vocans, qui tam impium dogma, pothabito Serva-  
toris verbo Matth. XIX, ii. & contenta Pauli auctoritate I. Cor. VII, 9.  
proponeret. V. Sleid. I. c. Quæ Polydorus Vergilius, & Paphnutius con-  
fessor, & ipse expers nuptiarum, de coacta illa castitate tenent, assert  
Cunditus in observat. ad Compred. Hertteri p. 1289. ed. III. Jen.

(d) Trita, sed turpissima, vox fuit Campegi & Piggii, Melius esse,  
si votarius, continere non valens, centrum habeat concubinas, quam vnam  
si legitimam ducat vxorem. V. Chemnitius P. III. Exam. Concil. Trid. p. 70.

An iussa summi spernere Numinis,  
Fictasque, fas est, vendere fabulas?

Hci! quas vagi diras amores,  
Illicitasque faces ministrant. (e)

Ast occupatam de tabula manum  
Abduco; nugas, & fera criminis,

Narrare, me tædet; nefanda haec  
Dogmata Papa sequatur audax.

Nam sancta sanxit jura jugalia,  
Et juncta castis pedora nexibus

Tutatur, & servat, corusca

Quod dominatur in arce, Numeri

Nec suavis vnu conjugii facer  
Priuandus ordo, (f) nec bona commoda

Tanto ausu ei sunt inuidenda,

Queis socialis amor redundat. (g)

Nec muneri quis, nec precibus piis (h)  
Nec sanctitati sic remoram struet,

Cui curae honor cordique Summi est,

Quique thorum sine labe seruat.

Et

(e) Qusum flagitiosae ac prodigiosae libidines apud sanctos illos Patres flagrant, cordatores ex ipsis Romanenibus ingenue fatentur, & annales cum stupore loquuntur. V. Praef. Joh. Balaei, praefixa Aëris Rom. Pontif. & Epistola Eberiti, Abbatis S. Florini, ad Epilc. Colon. Ipse Innocentius II. X. octo pueros, totidemque puellas, genuit, & Johannes II. virgines & peregrinas violavit, Lateranense palatum lupanar ac prostibulum fecit. V. Szegedini spec. Pontif. Qualis autem Papa, talis plerumque Clerus. Quae superioribus annis nefanda libidinum scelera famosus ille Girardus cum Cadieris commiserit, testantur acta publica. Sic Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

(f) Ad. Rechenb. in App. trip. p. 237. sqq. sex omnino rationibus non sicutneis euincit, legem per perpetuo sacerdotum coelibatu esse improbandam, & libertarem vxores ducenti, quib⁹ op⁹ & volup⁹ est, concedendam.

(g) Tradunt Judaeorum magistri, Virum, qui conjugium aspernetur, lemet ipsum priuare quinque bonis: Benedictione, cum dictum sit: Et benedixit Deus ipsis, non ei, sed ipsis Gen. I. 28. Vita, cum sit, quasi non viveret, vt dictum est: Et fruere vita cum uxore chara Coher. IX. 9. Lectio, ceu dictum est: Lactare de uxore adolescentiae suae Prou. V. 18. Adjutorio, cum dicatur: Faciemus ei adiutorium Gen. II. 18. Bonis, eum dictum extet: Inueniens uxorem, inuenit bonum Prou. XIIX. 22. V. M. Joh. Woiffingus in Gustu Philol. sect. III. § 3.

(h) Hieronymus, coelibus propaginat acerrimus, ita scribit: Sacerdos, cui semper pro populo offereenda sunt sacrificia, semper randum est, ergo matrimonio semper carendum. Nemo autem non ineptam sententiam sequelam, & Hieronymum, doctum alioquin & pium Patrem, hic aliquid humani passum esse, animaduertit. Petrus. Apostolorum primicerius, ep. I. c. III. v. 7. preces negat impediri conjugio, sed rixis, fa-  
chio & altercationibus conjugum.

Et gratiore sunt dubio procul  
Res conjugales, sint humiles licet,  
Quam castitas vi praeparata  
    Virginitasque ferox, Deo sunt. (i)  
Magnus sacerdos, Amramides pius,  
Et Zacharias, presbyter inclytus,  
Pluresque de Christi senatu  
    Connubii subiere foedus. (1)  
Hinc Papa tandem fulmina desinat  
In conjugatos mittere Clericos;  
Nam sancta, Tharsensis, pudicas  
    Verba finunt tua, Paule, taedas. (m)  
Non anxio ergo, non dubio diu  
Sub corde voluas, oraque cordaque,  
Aeterna quae junxit voluntas,  
    Jungere, Par Seccale, amore.  
En! Sancta Castam fors Tibi, Candide  
Vir, Sponse, necit, Docteque Virginem,  
    Quam rara virtus, et decorus  
    Ingenuusque pudor, coronant.  
Te Sponsa Suavis colloquio suo  
Mulcebit apto, duraque munera  
Aegrasque curas, et labores  
    Officio graues, leuabit.  
Jam mente laeta praeuideo bona,  
Pleno, precor, cum gurgite profluant!  
Quae myrthifer lucro perenni  
    Fundet Hymen Tibi, praemiorum.  
Tot fausta Vobis, Sponsaque, Sponsaque  
Quot grana messis lactea fertilis;  
Quot piscium Albis millia spumeus,  
    Quot vehit astra polus, precamur.  
Sic multa viuas tempora molliter,  
Flore diu, Par Nobile Conjugum,  
Nec candidas mentes Erinnys  
    Litigiosa thorunque turbet.

(i) Bene Caesari<sup>9</sup> hom, XXXIII, vbi in sacerdotes coelibatum solentes  
inehicitur: Multo melior est humili conjugalitas, quam superba virginitas.

(1) Ambrosius probe monet, omnes Apostulos, excepto Paulo &  
Johanne, vxores habuisse.

(m) Quaestio Pauli 1. Cor. IX. 5 Μή ἦτις ἐχουεις ἔρεσις, αὐτελέσθαι  
φην γυναικα πεγίδειν; expresse sacerdotibus conjugium concedit; unde  
Patres perquam acute collegerunt, Apostolos nupuis operam dedisse,  
atque in matrimonio vixisse.

10.02.92

30. Nov. 1992

78 M 387



SL  
148 = Handschrift  
258 = "

Retro ✓

22  
22



Matrimonio

Sacerdotibus strictim vindicato,

# AUSPICATISSIMI SOLEMNIA THALAMI

*VIRO*

*Summe Reverendo, Amplissimo Doctissimoque*

**DOMINO**

**PAULLO HENRICO  
CREBS,**

d Scheningæ est, S. Stephano sacri,  
**DRI DIGNISSIMO,**  
eiersdorffenses diuinæ veritatis Praeconi Vigilan-  
tissimo Meritissimoque &c.

Et

*iae, multisque virtutum encomiis  
Omatissimæ,*

**E CATHARIN:**

*VIRI*

*endi, Amplissimi, Doctissimique  
DOMINI*

**INIS HENRICI  
ELMKE,**

Baderslebenium cœtu Pastoris praeclare meriti,

**E NATU MINORI,**

die, XV. Julii MDCCXXXIX. instituta,  
ex animo appreccatur

**NES GEORGII JACOBI,**

apud Neostadienses Pastor.

eritadii, litteris Langianis.

**B.I.G.**

